

B. M. II, 49.

h. 79

II n  
5965

DISSERTATIO HISTO-  
RICO-JURIDICA.

De X 1903673

Donatione  
Constantini Magni  
Imperatoris.

In inclyta Rauracorum Academia  
10. Junij Anno 1619. habita

A

Matthia Grosio D. U. J.

⦿(†)⦿ ⦿(†)⦿

Imprimebatur L I P S I Æ,  
TYPIS GROSIANIS.

ANNO M. DC. XX.

5

Hem







DISSEMINATION  
RICHARDSON  
DONATIONS

U. S. DONATIONS

ANNO M. DC. XX.







*Illustri, Generosissimo ac fortissimo  
Heroi & Domino, DN.*

**HEINRICO WILHELMO,**  
EX ANTIQUISSIMA DOMINO-  
RUM COMITUM SOLMENSIIUM FA-  
MILIA, DOMINO IN MINTZENBERG,  
Willenfels & Sonnewalde, &c. inferioris Lusatiae  
cum summa potestate praesidi dignissimo, &c.  
Domino suo clementissimo.

**Q**uam periculosum, immò odiosum,  
nostro hoc seculo excultissimo sit,  
Illustris ac generosissime Comes,  
Domine gratiosissime, dare foràs  
scripta, neminem latere puto: adeò  
enim rigidi & aculeati sunt censores permulti,  
ut elaboratum vel quicquam, leviter emendent,  
si non in totum reprehendant. Hic stilum carpit,  
ille filum rodit, sermonis: Hic materiam imper-  
tinentem accusat, ille fundamenta refutat, for-  
mam informem dicit, quemcumq; punctum loco  
moveret. Et haec penes eos summa reputatur sapi-  
entia, Verum suo quilibet abundet sensu; Mibi  
simplicitas, legibus quoq; semper amicissima, pla-  
cet; Ad quam unicè contestandam tabula exire

A 2 in



D E D I C A T I O.

in vulgus jam passus sum; neq; instinctu solum meo, certus quippe eram, non edere, attamen contigit, ut hant pauci quotidie mihi injecerint igniculos, & submonuerint, hanc ut divulgarem dissertatiunculam: Qui ipsi, quando in eorum serie computabantur, quibus jure parientiam accommodare debebam, si flagitationi refragarer, nefas duxi. Ne igitur in hac questione quis mihi idem obijciat, quod Phœbus filio suo Phaëtonti, paterni currus regimen adfectanti prædicebat apud Ovid. lib. Metam.

Altius egressus cælestia tecta cremabis:  
Inferius terras, medio tutissimus ibis.

Medium constituo Illustr. Vestram Generositatem, cujus favore & munimine suffultus, tutò hanc palæstram ingredior, tutius velut in xysto spatiabor, tutissimè egrediar: Non tantum, quia Papistarum integritas & ineptias ex animo ipsa detestatur, & quicquid ad eorum fraudem apertius exponendam, facere videtur, clementissima voluntate accipit, sed etiam pro recuperandis ijs, quæ semel Rom. Germanico Imperio à malevolis Papicolis avulsa sunt, Virum se præstat, Herosque jure merito insignitur. Quamobrem non diu quærenda aut reddenda mihi causa Illustris & Generosiss. Dn. Comes, cur hanc dissertatiunculam, lucem voluerim adspicere in nomine Illust. V. Patronum quero, qui & honori ad  
famam



D E D I C A T I O.

famam bonorum futurus sit, & presidio contra maligni livoris dentem? Auctoritas nominis Illust. Vestra merito proprio apud omnes maxima est: dignitas in Republ. licet summa, magis tamen virtute, eruditione, humanitate ab Illust. Vest. ornatur, quàm Illust. Vest. ab illa. Judicem specto, qui hoc scriptum probet? Est Illust. Vest. cujus in omnibus laudandis artibus, acerrimum limatissimūq; judicium, omnes docti mirantur, & venerantur. Arbitrum desidero, qui talia hac examinare didicit non ad lineam rubram? adeò conatus hosce meos non improbatur a Illust. Vest. ut excusatura sit etiam libenter offensivunculas, si quæ erunt, nedum spero, sed confido, imò scio. Accedit deniq; favor & benevolentia singularis, qua propago Solmensium Comitum Vestra illustrissima per triginta annos Parentem meum honorandum semper prosecuta fuit, & jam adhuc prosequitur. Jure ergo hoc scriptum Historico-Juridicum Vestrae Illustri Generos. unicè sacrum & amoris argumentum ac monumentum perpetuum esse volo. Suscipiat istud Vestra Illust. in clientelam suam, studia mea foveat, mihi faveat, & clementissimo adfectu semper succurrat. Deus ter optimus maximus V. Illustr. diutissimè florentem conservet. Dabam VVitebergæ 5. Id. Decemb. Anno 1619.

Illustr. Vestrae Generos.

observantissimus

Matthias Grosius junior D.



*Ad Virum Consultissimum & Clarissimum*  
Dn. MATTHIAM, MATTH. F.  
GROSIUM J. U. D.

*De Donatione Constantini Magni  
dissertantem.*

**Q**uid lauta Petri Papa patrimonia  
Dono IMPERATORUM atq; REGVM &  
PRINCIPVM

*Donata jactas impotente gutture ?*

*Da litteras ; profer sigillaricium*

*Tandem anulum magni Imperatoris, quem ais*

*Tibi dedisse, qua tenes. Nostra hic manus*

*oculata, credit, quod videt. Quin, da citò,*

*Periculum in morâ : in periculo est fides.*

*Non omne quod quis possidet, justè tenet :*

*Quod jure quis tenet; demum rectè tenet,*

*Verèq; se tenere gloriabitur.*

*Si te reposcat, P A P A, Caesar, Principes*

*Quod abstulisti olim erisur, trifurcifer*

*Unicuiq; vix obulus erit super,*

*quò restim emas, quò pendeas. Ergo nihil*

*habere debes : Nuspiam umquam nullibi*

*quia nemo nil quidquam dedit, NE QUAM tibi.*

*Litura ducta dudum per fallaciam*

*Supposita monstra litterarum, quas soles*

*ex jure non justo tuo producere*

*Remota pridem hac larva ; nostram patriam*

*HUTTENUS olim adseruit, & Germanium*

*defendit ingenium (INGENIUM ISTA PATRIA*

*DIGNUM) Quin & secere jam ante id Itali*

*deparca.*



deparca gens in laudibus Germania.  
Nam veritatis fulgor exoriens potest  
præstringere occidentis & caliginem.

*Agnosce tandem furta, pennas abjice*  
Corniculæ, dies priusq; visitans  
Ira enthea deplumet, & ludibrium  
Carni universæ te statuat, ubi nihil  
Cacuminatum bis veter Caput, nihil  
pedum petrinum proficit; tantummodo  
COR Christianum ubi valebit omnia.

*Tu vero, qui Papam nimis foves adhuc,*  
Ignarus omnis fraudis & fallacia  
Confirmitatis & doli & protervia  
Quam OLIM SCELUS patravit in Magnos, Pios  
Reges, Megistanes, & ipsos Cæsares :  
Saltem vide qua GROSIANA tibi THEMIS  
primò Juventa flore cudit; & save  
frondenti honori : quid lupinis differant  
æra, inde cernes : & LUTERI fervidum  
Complere votum strennuò molimine  
Juvabis : & implebit implacabili  
TE CHRISTUS odio in Antichristum. Nemo enim  
Potest amicus esse CHRISTI, si nisi  
Verus sit hostis Antichristi. Prælia  
& odia sunt extrema utriq; quæ dies  
finibit extrema. Hic pios tantum docent  
internecina bella, CHRISTUM cetera.

*Andreas Groshenningus*  
Theol. Candid.

INSTRU-



INSIGNIA

Illustrium ac generosissimorum Comitum  
Solmensium, Dominorum in Minzenberg,  
Willenfels & Sonnewalde, &c.







# INSTRUMENTUM DONATIONIS,

*Ut in Jure Can. dist. 96. extat.*



**C**ONSTANTINUS  
Imperator quartâ die sui  
baptismi privilegium Ro-  
manæ Ecclesiæ Pontifici  
contulit, ut in toto orbe  
Romano sacerdotes ita  
hunc, caput habeant, sicut judices Regem.  
In eo privilegio ita inter cætera legitur. Uti-  
le judicavimus unâ cum omnibus Satrapis  
nostris, & universo Senatu, optimatibusq;  
meis, etiam & cuncto populo Romanæ glo-  
riæ imperio subjacenti, ut sicut Beatus Pe-  
trus in terris vicarius filii DEI esse videtur  
constitutus, ita & Pontifices, qui ipsius prin-  
cipis Apostolorum gerunt vices, principa-  
tus potestatem, amplius quàm terrena Im-  
perialis nostræ serenitatis mansuetudo ha-  
bere videtur, concessam à nobis, nostroq;

German. trans-  
lationem vide  
apud Goldast. in  
Reichshandlung/  
tractaten, &c.  
fol. 4. & 5.

B                    impe-





imperio obtineant, eligentes nobis ipsum  
 principe Apostolorum, vel ejus vicarios fir-  
 mos apud Deum esse patronos. Et sicut no-  
 stram terrenam imperialem potentiam, sic  
 ejus sacrosanctam Romanam ecclesiam de-  
 crevimus veneranter honorari, & amplius  
 quam nostrum imperium, & terrenum  
 thronum, sedem sacratissimam Beati Pe-  
 tri gloriosè exaltari: tribuentes ei potesta-  
 tem & gloriæ dignitatem, atq; vigorem &  
 honorificentiam imperialem. Atq; decer-  
 nentes sancimus, ut principatum teneat  
 tam super quatuor præcipuas sedes, Alexan-  
 drinam, Antiochenam, Hierosolymitanam,  
 Constantinopolitanam, quàm etiam super  
 omnes in universo orbe terrarum Ecclesias  
 DEI: & Pontifex, qui pro tempore ipsius  
 sacrosanctæ Rom. ecclesiæ extiterit, celsior  
 & princeps cunctis sacerdotibus totius  
 mundi existat, & ejus judicio, quæq; ad cul-  
 tum DEI, vel fidei Christianorum stabili-  
 tatem procuranda fuerint, disponantur. Ec-  
 clesiis beatorum Apostolorum Petri & Pau-  
 li pro continuatione luminariorum posses-  
 sionum prædia contulimus, & rebus diver-  
 sis eas ditavimus, & per nostram imperialem  
 jussio-



iusionem sacram tam in Oriente, quam in  
occidente, vel etiam septentrionali, & me-  
ridiana plaga, videlicet in Judæa, Græcia,  
Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diversis  
insulis nostra largitate ei concessimus, &  
prorsus ratione, ut per manus Beatissimi  
patris nostri Sylvestri summi Pontif. succes-  
sorumq; ejus, omnia disponantur. Beato  
Sylvestro patri nostro summo Pontifici &  
universalis urbis Romæ Papæ, & omnibus  
ejus successoribus Pontificibus, qui usq; in  
finem mundi, in sede Beati Petri erunt ses-  
suri, de præsentibus contradimus palatium im-  
perii nostri Lateranense, deinde Diadema,  
videlicet coronam capitis nostri, simulque  
phrygium, nec non & superhumeralis vide-  
licet lorium, quod imperiale circumdare ad-  
solet collum; verum etiam & chlamydem  
purpuream, atque tunicam coccineam, &  
omnia imperialia indumenta, sed & digni-  
tatem imperialium præsidentium equitum,  
conferentes etiam & imperialia sceptrum, si-  
mulque cuncta signa, atq; blanda & diversa  
ornamenta imperialia, & omnem proces-  
sionem imperialis culminis & gloriam po-  
testatis nostræ. Viris autem reverendissimis

B 2

cleri-





clericis in diversis ordinibus, eidem sacro-  
 sanctæ Rom. ecclesiæ servientibus illud cul-  
 men, singularitate, potentia & præcellen-  
 tia habere sancimus, cujus amplissimus no-  
 ster Senatus videtur gloria adornari, id est,  
 patritios, atq; consules effici, nec non & cæ-  
 teris dignitatibus imperialibus eos promul-  
 gamus decorari. Et sicut imperialis militia  
 ornatur; ita & clerum sanctæ Rom. Ecclesiæ  
 ornari decernimus. Et quemadmodum im-  
 perialis potentia officiis diversis cubiculari-  
 orum nempe, & ostiariorum, atq; omnium  
 excubitorum ornatur, ita & sanctam Rom.  
 Ecclesiam decorari volumus. Et ut amplif-  
 simè Pontificiale decus præfulgeat, decerni-  
 mus & hoc, clericorum ejusdem sanctæ  
 Rom. Ecclesiæ manipulis & lintheaminibus,  
 id est, candidissimo colore decorari equos  
 ita & equitare. Et sicut noster Senatus calce-  
 amentis utitur cum udonibus, id est, can-  
 dido lintheamine illustratis, sicutantur & cle-  
 rici, ut sicut cælestia ita & terrena ad laudem  
 DEI decorentur. Præ omnibus autem li-  
 centiam tribuimus, ipsi sanctissimo patri  
 nostro Sylvestro & successoribus ejus, & no-  
 stro indicto, ut quem placatus proprio con-  
 filio



filio clericale voluerit, & in religiosorum numero clericorum connumerare, nullus ex omnibus præsumat superbè agere. Decrevimus itaq; & hoc, ut ipse & successores ejus diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus ex auro purissimo, & gemmis pretiosis uti debeant, & in capite ad laudem DEI pro honore Beati Petri gestare. Ipse verò Beatissimus Papa, quia super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri, omninò ipsa ex auro non est passus uti corona, nos phrygium candido nitore splendidum resurrectionem dominicam designans ejus sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frenum equi ipsius pro reverentia B. Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes ejus successores singulariter uti in processionibus, ad imitationem imperii nostri. Unde ut pontificalis apex non vilescat, sed magis, quàm terreni imperii dignitas, gloria & potentia coretur, ecce tam palatium nostrum, ut prædictum est, quam Rom. Urbem & omnes Italiae seu occidentali-  
um regionum provincias, loca &





civitates præfato beatissimo Pontifici nostro Sylvestro universali Papæ contradimus, atque relinquimus : & ab eo & à successoribus ejus per hanc divalem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque juri sanctæ Rom. Ecclesiæ concedimus permanura. Unde congruum perspeximus, nostrum imperium, & regni potestatem in orientalibus transferri regionibus, & in Birantiæ provinciæ optimo loco nomini nostro civitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium, quoniam, ubi principatus sacerdotum, & christianæ religionis caput ab Imp. cælesti constitutum est, justum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc verò omnia, quod per nostram hanc imperialem sacram, & per alia divalia decreta statuimus, atque confirmavimus usque in finem mundi, illibata, & inconcussa permanere decernimus. Unde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit & coram terribili jus judicio obtestamur per hoc nostrum imperiale constitutum, omnes nostros successores Imperatores vel cunctos optimates, Satrapas etiam amplissimum Senatam, & universum populum



pulum in toto orbe terrarum nunc & in pō-  
 ſterum cunctis retrò temporibus imperio  
 nostro ſubjacentem, nulli eorum, quoquo  
 modo licere hæc aut infringere, aut in quo-  
 quam convellere. Si quis autem, quod non  
 credimus, in hoc temerator aut contemptor  
 extiterit, æternis condemnationibus ſubja-  
 ceat innodatus & ſanctos D E I, principes  
 Apoſtolorum Petrum & Paulum ſibi in præ-  
 ſenti, & in futura vita ſentiat contrarios;  
 Atque in inferno inferiori concrematus,  
 cum Diabolo & omnibus deficiat impiis.  
 Hujus verò imperialis decreti noſtri pagi-  
 nam propriis manibus roborantes, ſuper  
 venerandum corpus, B. Petri principis A-  
 poſtolorum poſuimus. Datum Romæ 3.  
 Calend. Aprilis, Domino noſtro Flavio  
 Conſtantino Auguſto quater & Gallicano  
 v. c. Coſs.

## CUM DEO.

**U**a arte, quâ machi-  
 natione, quibus ambagibus &  
 ſtrophis, Pontifex Romanus,  
 filius ille perditionis, Roma-  
 num



num imperium ambiverit, adquisierit, subegerit, subactum miserè vexarit, Imperatores ipsos ludibrio habuerit, lippis & tonsoribus jam notum est : Non enim dignitatum solùm Ecclesiasticarum præcipuus & dispensator summus haberi voluit, verum etiam majestatem imperii aliquoties labefactatam, à se restitutam, conservatam, & ad Germanos translata, immò adamantinum illud vinculum, Electorum collegium sacrosanctum, institutum, gloriatur. Ex multis unum atque alterum lubet proferre capitulum. Sic de Universalis Episcopatu sonant verba Bonifacii VIII. Subesse Romano Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus definimus, & pronunciamus omninò esse de necessitate salutis. De translatione imperii ad Germanos sic Clemens V. Papa : Romani principes orthodoxæ fidei professores, sacrosanctam Rom. Ecclesiam, cujus caput est Christus redemptor noster, ac Romanum Pontificem ejusdem redemptoris vicarium, fervore fidei & claræ devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo ad probationem personæ ad imperialis celsitudinis apicem

Cap. unam sanctam I. Extravag. com. de major. & obed.

In clement. un. de jurejur.



apicem adsumendæ, nec non unctionem, consecrationem, & imperii coronam accipiunt, sua submittere capita, non reputarunt indignum, seq; illi & eidem Ecclesiæ, quæ à Græcis imperium transtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum principes jus & potestas eligendi regem in Imperatorem postmodum promovendum pervenit, &c. Innocentius III. hunc in modum scribit: Undè illis principibus jus & potestatem eligendi regem in Imperatorem postmodum promovendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de jure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, præsertim cum ad eos jus & potestas hujusmodi ab Apostolica sede pervenerit, quæ Romanum imperium in personam magnifici Caroli à græcis transtulit in Germanos. Sic plusquam tyrannicâ voce exclamavit quoq; prædictus Bonifacius VIII. Alberto Austriaco I. Rudolphi Habsburgensis filio, coronam Imperialem ab eo petente, gladio accinctus coronaq; Imperatoriâ ornatus in publicum prodiens: Ego sum Cæsar & Pontifex, nec absque mea autoritate electio Imperatoris rata est.

in cap. venerabilem de elect.

*Ecce paterna fides, & magni Præsulis alma.*

C

*Integri-*





*Integritas, humilisq; Petri vestigia sectans.*

*Jam non ferre crucem Domini, sed tradere regna*

*Gaudet & Augustus mavult, quam Præsul haberi.*

Gunth. in Ligurin. lib. 6.

Idem gl. in c.  
in apibus 7. q.  
1. ibi, qui dicit  
Imp.

De institutione collegii Illustris. Electorum sat Thrasonica præter enumerata, reperiuntur dictoria in d. cap. venerabilem extr. de elect. Cujus rei acerrimum defensorem agit Jesuitarum coryphæus, interq; purpuratos heroes non postremus Bellarminus. Hocne est humilitatis vestes in superbiæ stolam commutare? Fatemur quidem Phocæ & Henricorum quorundam Impp. permisso & adprobatione id factum, ut Roma caput omnium Ecclesiarum diceretur, Pontifex non solum divinarum rerum dispensator, sed humanarum administrator potentissimus & supremus adpellaretur. Sed quis quæso tunc temporis regni status? Pessimus hinc inde à scriptoribus vocitatur: Nam Pontifices imperio & inani excommunicationis terri culamento optimos nostros Impp. tunc deterrebant, subditos eorum à religioso jurisjurandi vinculo absolutos contra legitimos suos Dominos veteratoriè instigabant, ac falces imperii



perii ad se tandem traducebant. Et hic jam hamus fuit Piscatoris Romani, quo subtili magis, ac hostili rapacitate bona imperii arripuit, ejus Proceres ac cives contra legitimos suos Dominos armavit, qui postmodum libertatem Reipubl. patriæ cum bestia conculearunt, Principum suorum insignes victorias, legitimum sceptrum & magnificos triumphos turpiter dehonestantes, ad pedes foedissimi idoli abjecerunt. Hinc merito facilitas, ut nihil dicam gravius, Impp. istorum deploratur potius, quam accusatur adhuc; procul dubio & hæc mala DEI justo judicio facta sunt, aduersus quæ nullum valet humanum remedium: Hæc enim fugere, est contra fatum, cum fato luctari. Volunt quidem primatum suum deducere à Christo, ipsimet etiam Pontifices: Ita namq; docent Papa Marcellus in cap. rogamus 15. 24. q. 1. ibi jubente Domino. Julius in cap. dudum 3. q. 6. ibi domino instituyente. Anacletus in cap. sacro sancta in pr. ibi sed ab ipso Domino Salvatore dist. 22. Clemens V. in clem. pastoralis, ibi, divinitus, de sent. & re jud. Marcius V. in c. regimani pr. ibi, disponente domino, extravag. com. de empt.

Molin. art. 93. de Trident. Concil. non recip. Joan. Zanger. in disert. Theologico-Jurid. de excommunicat. majore, qua toties in princip. tam nefariè Pontif. fuerunt abusi. Arnif. lib. 2. de jur. maj. major, cap. 6. fol. 370.



vend. Benedictus 12. in cap. ad regimen pr.  
 ibi, superna dispositione in extravag. com.  
 de præbend. & dignit. Sixtus 4. in c. univer-  
 salis pr. ibi, divina disponente, extravag.  
 com. de treuga & pace. Johannes 22. in cap.  
 super, extravag. com. de consuetud. Bene-  
 dictus II. in cap. sancta pr. ibi, disponente  
 domino. Extravag. com. de elect. Bonifa-  
 cius 8. d. c. unam sanctam. Extravag. com.  
 de major. & obed. ibi, cujus caput Christus.  
 Verùm detectâ eorum fraude ad Constanti-  
 num Magnum confugiunt, hujus donatio-  
 nem exaggerant, laudant, extollunt; Sed ac-  
 cidit illis, ceu vulgò dicitur: dum quisquam  
 nocuum fugit, in contraria currit: Et sæ-  
 pius usu venit: Incidit in Scyllam, qui vult  
 vitare Charybdin. E re propterea videtur  
 esse, prætensam donationem, partim, quia  
 vulgariter circumfertur, partim, quia Pon-  
 tificis nostris hisce mundi delabentis, & quasi  
 fatigati temporibus Hierarchiam suam, he-  
 rili cum tyrannide in principes Christianos  
 veteratoriè, & nescio ex quo commentitio  
 mandato ad commodum & libidinem su-  
 am, in Christianæ Reipub. & Ecclesiæ DEI  
 irreparabile damnum exercere maximè ge-  
 stit



stitit & molitur, partim denique, quia has disputationes nosse eò prodest, ut discrimen intelligatur potestatis politicæ & ministerii Evangelici, ne existimetur Apostolis, aut eorum successoribus mandatum, nova imperia constituere, aut regna transferre, sicut falsò dicitur in verbu :

Philipp. Melan-  
chton. in chron.  
Carion. lib. 3.  
fol. 300.

*Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.*

penitius introspicere, quidq; in recessu habeat, ostendere. Utinam verò vel Ciceronis mihi, vel Demosthenis, vel Mercurij, vel Periclis suppeteret facundia & eloquentia, quò pro dignitate eam tractare, pro debito explicare, & historicè enodare possem; Non nihil tamen, Academicâ usus libertate, exponere annitar, quantum quidem poterò, & nervum controversiæ, si non omninò attingam, tamen quadantenus dubia nonnulla resolvam, solidam verò hujus ipsius thematis enodationem & acuratam explanationem Historicis, quorum hoc munus proprium, committam.

Est in more positum, ut quando de donatione quadam auditur, statim quærat, quis donator, quis donatarius, ut nostri Justitiæ Sacerdotes loquuntur, quid donatum,

C 3

& qua





& qua de causa? Hæc igitur & ego delibans, primum personam donatoris in medium produco; Hic autem non de plebe quidam, non nobilis aliquis opulentus, non Baro, Comes, vel princeps illustris, sed Principum princeps maximus, mundi, orbis, gentium, & populorum dominus, caput imperii, Imperator, Cæsar, semper Augustus, cui nomen Constantinus; qui natus fuit circiter annum 272. in Britannia, Constantio & Helenâ parentibus: Imperium suscepit Anno 311. post Christi nativitatem: Alii 312. Christiani nominis profectorem egit strenuum, Nycenum concilium coegit, magnaque liberalitate erga Ecclesias fuit usus. Denatus est tandem Anno 341. alii 337. Nicomediæ 11. Calend. Junij, cum sexaginta sex annos vixisset. Imperavit itaq; annos triginta duos, minus duobus mensibus & Constantinopolim translatus in templo Apostolorum (ubi & mater Helena) humatus est, atque à filiis in numerum Divorum relatus,

Euseb. in chron. Conrad. à Lichtenau Abbas Urspergens. in chron. fol. 84. Sleidan. de 4. monarch. lib. 2. fol. 84. Michael. Neand. in compend. chr. fol. 24. & in Synopsi chr. fol. 138. Cario in chron. lib. 3. fol. 295. Anno 310. imperium suscepisse putat M. Albert. Schönfeld. in iconograph. p. 1. fol. 132. Anno 301. panvin. Helfric. Ulric. Hunn. de transfact. fol. 196. Anno 306. Alii aliter.

Cario in chron. lib. 3. fol. 296. Latus. Joan. Cuspini. an de Imp. Rom. fol. 19. Alii, ut Conrad. à Lichten. Abb. Ursperg. in chr. fol. 84. Euseb. in chron.



relatus, id est, canonicatus, consue-  
tudine ex Ethnicis ortâ Symbolo  
usus fuit tali : Immedicabile vul-  
nus, ense recidendum est. Non mi-  
nori, me hercule, si non majori, ut  
volunt Papicolæ, dignitate præcellit  
donatarius : Est persona Ecclesia-  
stica. Vah sat laudis : interq; eas  
Primas. Quidni ? Est Papa vel Pon-  
tifex, caput illud Ecclesiæ, supre-  
mum in terris numen, imò Domi-  
nus DEUS noster, universis populis  
adorandus & Deo similimus, cujus  
potestas est major Apostoli, qui po-  
testi Apostoli dictis derogare, contra  
epistolas Pauli statuere, quemcunq;  
principem de principatu deicere,  
Imperatorem deponere, cui Impera-  
tor in convivio manibus ipsius ad lo-  
tionem aquam ministrare : In  
equum adscendenti stapedem tenere  
& equum ducere est obstrictus; Sum-  
matim ille est, cui data est omnis po-  
testas in cælo & in terra, quique Ec-  
clesiam suam dicit sponsam. Sed  
quod ei nomen ? Sylvester vocatur  
in

fol. 83. Hieron. interpr.  
Annos 30. menses novem  
Dan. Otto de J. publ. fol.  
79. ait, regnasse ann. 24.  
menses 5. dies 10. mortu-  
um esse non absque venci-  
ni suspitione 22. Maij. An-  
no V. C. 1088. Aurel. Vi-  
ctor. Pomp. Lætus, Ignat.  
M. Albert. Schönfeld. in  
conogr. p. 1. fol. 134.

Stapleton. in præfat. ad  
Gregor. 3. de princip. fid.  
doctr. Concil. Lateran.  
sess. 3. Brut. Fulmen fol.  
81. & 82. cap. 7. dist. 96.  
Bl. in l. rescripta C de præ-  
Imp. off. Ant. Marian. in  
addir. decis. Rotæ de bi-  
gamis n. 9. Carol. Ruin.  
conf. 109. vol. 5. n. 1. cap.  
alius 15. q. 6. e. 2. de sent.  
& re jud. in 6. Specul. in  
tit. de legat. o. nunc  
ostend.

Cerem. lib. 1. cap. 7. Boni-  
fac. 8. c. 4. de immuni in 6.



in cap. Constantinus dist. 96. Hic fuit natione Romanus, patre Ruffino natus, primus ejus nominis Pontifex esse cepit sub Constantino Magno, sedit annos 23. menses 10. dies 11. vel ut alii volunt 20. annos 4. dies Moritur Anno Christi 330. alii 334. & sepultus est in Cæmiterio Priscillæ, via salaria, tertio ab urbe milliario, pridie Calend. Januar. Huic jam, (si Diis placet) Constantinus Imp. donavit. Ast quid? Fortassis aliquot tonnas auri, vel regionem unam? Quid dico unam? Ipse Papa in allegato cap. Constantinus sibi ab Imperatore Constantino donatam urbem Romam caput illud orbis terrarum, reginam civitatum potentissimam, nobilissimam, ditissimam populorum, triumphatricem nationum, & ipso adspectu sacram, Coronam & omnem regiam dignitatem in partibus occidentalibus, putà Italianam, victricem illam provinciarum, imò pectus regni Romani, Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, Germaniam, & Britanniam, fatetur. Plenius & planius in cap. seq. 14. Ubi insuper & Ecclesiastici principatus in omnes, qui in orbe Christiano sunt, sacerdotes, item decem munerum, puta 1. Palatii Latera-

Petr. de Natalib. de Venetiis Episcop. Equilin. in catalog. sanctor. & gestor. eorum lib. 2. cap. 22. fol. 23. Joan. Baleus in act. Rom. Pontif. lib. 1. fol. 23.

Videatur cap. Constantinus 13. & 14. dist. 96.

Lancelot. in templ. omn. jud. lib. 2. c. 1. o. in verb. Coron. Pontif. tripl. & lib. 1. c. 1. o. 1. ad verb. vestium Imp. myster. n. 2. & seq. & o. 2. q. 2. n. 10. Innocent. Gentiller. in apolog. pro christian. Gallis cap. 12. fol. 196.



Lateranensis. 2. Diadematis aurei. 3. mitræ.  
 4. Collaris Imperatorii. 5. Purpureæ chla-  
 mydis. 6. Coccineæ tunicæ. 7. Indumen-  
 torum Imperatoriorum. 8. Pompæ præce-  
 dentium equitum. 9. Imperialis sceptri. 10.  
 Cunctorum signorum, bannorum & vexil-  
 lorum, fit mentio. O donationem muni-  
 ficentissimam, O munificentiam magnifi-  
 centissimam? Sic donare Principum & Im-  
 peratorum est, ait Abbas Panormitanus.  
 Refert Justinus de Alexandro Magno, quod  
 patrimonium omne suum, quod in Mace-  
 donia, Europaq; habebat, amicis diviserit,  
 sibi Asiam sufficere præfatus: Et Valer. Ma-  
 xim. de Hierone Syracusano Rege scribit,  
 quod audita clade, qua Romani apud Thra-  
 sumenum lacum erant adfecti, trecenta  
 millia modiorum tritici, & ducenta millia  
 hordei, auriq; ducenta & quadraginta pon-  
 do urbi munera miserit. Ita litteris prodi-  
 tum à Theod. Nihemio, Regi Galliæ do-  
 natum esse Delphinatum à principe Um-  
 berto Anno 1349. Verùm, quantum hæ do-  
 nationes distent ab illa Constantini, quis  
 non videt? Ut anima præfertur corpori, Sol  
 Lunæ, Pontifex Imperatori, sic illa hisce.

Phil. Camerar.  
 op. subcis. cent.  
 l. c. 4. cent. 2.  
 cap. 55. Bodin.  
 de repub. lib. 6.  
 c. 2. fol. 1009.  
 & seq.  
 In exemplis di-  
 ctor. factorumq;  
 memorab. lib. 4.  
 cap. 8.

lib. hist. 2. cap.  
 25.

D

Cau-



Brut. Fulmen Pa-  
pæ Sixti V. ad-  
versus Henric.  
regem Navarra  
&c. fol. 120. Acta  
B. Sylvestri.

Causam scire demum auctis. Dicam au-  
dacter. Imperator Constantinus Christia-  
norum hostis (sunt verba ex summario In-  
strumenti donationis desumpta) lepræ mor-  
bo adfectus, à Petro & Paulo Apostolis ad-  
monitus, ut se Sylvestro Papæ Romano pur-  
gandum traderet, confestim ab illo bap-  
tatus atq; sanatus, tanti beneficii remune-  
randi causa, donavit eidem Sylvestro ejusq;  
successoribus urbem, &c. Vel ut Bartolom.  
Picernus de Monte Arduo transtulit: Quo-  
niam gravis turpitudine lepræ omni mei cor-  
poris carni insiliit: multisq; convenienti-  
bus Medicis cura mihi adhibita est, & ho-  
rum nullius studio sanitatem adsequi potui,  
&c. Perbellè sanè hic Constantinus suo jam  
tempore in praxi observavit L. sed etsi lege  
§. consuluit II. ff. de pet. hered. quæ vult, be-  
nificii acceptorem naturaliter obligari ad  
antidota; Neq; illius fuit immemor dicitur:  
Benefacientibus vobis, & vos benefacite  
ipsis. Ast quò de labor! Hactenus statum  
quæstionis penitus inquisivi, & facti speci-  
em, ut Interpp. adpellant sive Ideam ex pro-  
priis ipsorum Papicolarum scriptis confor-  
mavi. Nunc de ejus certitudine dicam. Sed

hic



hîc aqua hæret, nullum enim authenticum Historicum, nedum scriptorem locupletem invenire tanto tempore potuerunt, nec adhuc proferre possunt, quo adfirmativam, factam videlicet esse à Constantino talem donationem inofficiosam, stabilire valerent. Non Eusebius, qui per integros quinque libros Constantini vitam diligentissimè descripsit, non Socrates, non Beda, non Sozomenus non Theodoretus, non Victor, non Zosimus, non Evagrius, non Eutropius, non Paulus Diaconus, non Orosius, non Nicephorus, non Ruffinus, non Zonaras, non quisquam istius seculi donationis hujus mentionem facit. Simili modo altum est silentium penes eos, qui vitam Sylvestri Papæ literis demandarunt: Non Platina, non Balæus in actis Rom. Pontif. non Onuphrius Panvinus, qui tamen omnia secreta & annales Pontificum revolvit, meminerunt. Quos certè non verosimile est, si vera, si facta fuisset, tantam rem tam tacito pede præterituros fuisse, qui multò minutiora & viliora memoriæ tradiderunt. Undè jure merito adcommoamus huc axioma Juridicum. Notabilia si omittantur, haberi debent

Städtliche aufse-  
führung der Bes-  
sachen / darumb  
die Chur vñ Für-  
sten/ auch andere  
Stände der Augs-  
spurg. Confessi-  
on', des Papste  
Pii IV. Concili-  
um, so er gegen  
Trient angelegt /  
nit besuchen kon-  
ten/rc. fol. 295.  
& seq.

1. 6. & 7. edic.  
1485. lib. 1. fol. 21.

Panvin. in vita  
Sylvestri I.

l. 26. l. 30. ff. de  
pact. dot. l. 99.  
ff. de V. O. l. ult.  
C. de pact. con-  
vent. l. 2. & ibi  
Bl. C. de naut.

D 2 pro



foen. Tiraq. de  
Jure primigen q.  
40. n. 194. &  
tom. 4. de jure  
Const. possess.  
p. 3. l. 31. n. 11.

fol. 120. in f.

in Sax. lib. 2.  
cap. 1.

pro omisissis & vanis. Et quid mirum de Historicis? Ipsi nonnulli Romani Præsules, longè post Constantini tempora, quando primatus ab ipsis quæsitus justè impugnabatur (nonnunquam de sua potentia & amplitudine cum aliis Episcopis inter se contententes Brut. Fulm.) donationem illam prodigiosam Constantini nuspianam allegarunt, neq; in suo jure persequendo & instrumentorum suorum editione, unquam de illo Instrumento fecisse verbum, leguntur: Ad quod procul dubio ceu ad sacram anchoram confugissent, si tum temporis, figmentum istud in rerum natura fuisset. Sanè Gregorius VII. etiamsi omnia jura per caput & pedes huc traheret, nunquam tamen festivam hanc donationem ausus fuit prætere, ut exprobrat etiam Mornæus in mysterio iniquit. in Gregor. 7. Imò ne jus suum quidem unquam postulasse, invenitur, sicq; ne unum demonstrare potest annum, quo possessionem cæperit unus Papa; Ita namq; Krantzii habent verba, Tribuunt nonnulli Constantino M. donationem illam Italiae & Germaniae, & nescio quarum provinciarum Ecclesiae Romanae factam, de qua ipsi viderint.

Aper-



Apertius alibi : Ubi donationem nullam  
 nullam subsequutam fuisse traditionem, cla-  
 ris enunciat verbis : Ad quam tamen, si do-  
 natio firma, si perfecta esset, donatorem præ-  
 cisè teneri, nec præstando interesse liberari,  
 quin, nisi certis ex causis, nec revocare posse  
 eam, uno ore & communi calculo tradunt  
 Dd. Quotus quisq; est, qui non in eo ma-  
 num mihi porrigat, Contrarium planè ex  
 allegatis Historicis, quibus, ut inquit Ever-  
 hard. à Middelburg, Præses Consularis Sa-  
 cratissimi Caroli V. fidem adhibere nos  
 oportet, ducere, Constantinum nimirum,  
 perexiguo antè obitum tempore, orbis Ro-  
 mani dominationem tribus suis filiis divi-  
 disse, veluti Constantino natu maximo occi-  
 dentem, nempe Galliam, Hispaniam, Bri-  
 tanniam : Constantio Orientem, Constan-  
 ti regionem interjectam, putà Ilyricum,  
 Thraciam, Italiam & Romam ipsam, Aphri-  
 cam, Siciliam, Macedoniam, &c. adsigna-  
 vit : Cum tres, inquit Socrates, filios habe-  
 ret singulos eorum imperii sui participes  
 esse voluit : Primum quidem filium sui  
 nominis Constantinum occidentalium  
 partium : Secundum avi nomine Constan-

lib. 4. Metropol.  
cap. II.

Schneidvin. in t.  
de donat. o. sci-  
endum n. 3. ibiq;  
& Vvesenb. n. 2.  
Sichard. ad l. 9.  
C. de donat. an-  
te nupt. n. 1. &  
ad l. 12. C. de rei  
vind. & ad l. 5. C.  
de O. & A. n. 2.  
Dd. in l. 35. C. de  
donat. Riminal.  
ad o. i. J. de do-  
nat. n. 41. & seq.

Plot. de in' lig.  
jur. o. 4. n. 53.

Præter prædi-  
ctos vide Nau-  
cler. chron. fol. 2  
gener. 2. Aurel.  
Victor. Joan. Cu-  
spin. de Impp.  
Rom. fol. 119.

lib. 3. hist. Ec-  
cles. cap. ult.



lib. hist. p. 2.

de princ. lib. 5.

Euseb. de vita  
 Const. c. 51. Ni-  
 ceeph. 8. hist.  
 Eccles. cap. 53.  
 Zosimus lib. 2.  
 Soerat. 3. hist.  
 Eccles. c. ult. Jo-  
 seph. Scalig. lib.  
 5. de emendar.  
 temp. Pomp. Læ-  
 tus in vit. ho-  
 rum Imp.  
 in analyt. ad lib.  
 de milit. Rom.  
 l. 6. C. de testam.  
 l. sequens ff. de  
 legat. 2.

tium in Oriente constituit, Juniorem verò  
 in media regione ordinavit. Adsentitur Zo-  
 simus, verba ejus hæc sunt : Ejus liberi suc-  
 cessionem in imperio nacti nationes inter  
 se partiti sunt. Et Constantinus quidem na-  
 tu maximus cum minimo natu Constante  
 omnia trans alpes sita, & Italiam & Illyricum  
 sortitus est. Non divertit Sextus Aurel. Vi-  
 ctor. Ad tres, orbis Romani dominatio re-  
 ducta est, Constantinum, Constantium, &  
 Constantem filios Constantini : Hi singuli  
 has partes regendas habuerunt ; Hasq; ipsas  
 postmodum non solum possedisse, sed im-  
 periosissimè etiam in Occidentis imperio  
 regnasse clarum evadit ex Mar. Salom. Pro-  
 pter illam partitionem Const. Aquila bi-  
 ceps, Orientis & Occidentis Imperium de-  
 signans, facta quoque perhibetur, circa an-  
 num 311. (alii 331.) quamvis istâ divisione fis-  
 sam Aquilæ imaginem vetustiore censeat  
 Lipsius. Quid multis, nec potuisset, etiam si  
 voluisset, ullo modo Constantinus regiones  
 distribuere inter heredes suos, post factam  
 donationem : Nam clari certiq; juris est,  
 testamento locum non esse ea in re, quæ jam  
 inter vivos alienata est. Sed ponamus, dona-  
 tionem



tionem post divisionem factam fuisse, & tunc eluforia erit, partitio enim inter liberos à patre facta, ultimæ locum obtinet voluntatis. Neque putandum Constantinum egregium aliàs principem, usq; adeò socordem & ἀσοργον fuisse, ut in Episcopum Rom. contulerit, quod naturali jure liberis reliquerit. Et quid aliorum utor testimonio? Audiamus propriam ipsius Agathonis Pontificis Maximi ad Constantinum Pogonatum scribentis, confessionem, qui urbem Romam Imperatoris servilem expressè vocat. Papa Pius V. antè Æneas Sylvius dictus, stolidos dicebat istos Legistas, qui tantoperè sudarint in disputando, num ea donatio valeat, quæ facta fuit nunquam. En iterum confessionem propriam! Cui accipit Nicolaus Cardinalis Cusanus, Anton. Archiepiscopus Florentinus. Auditis, quid Pontifices maximi, quid Cardinalis & Archiepiscopus de hac ineptissima donatione clamitent, quid pronuntient, quid statuunt? Si plures rationes earumque momenta firmissima desideratis, inducam? Quis est tam plumbeus, & infans, qui ex historiis non cognitum habeat, non tantum Italiæ, verum

l. pen. l. ult. C. fam. hercise.

in epist. ad Constant. quæ habetur in act. 6. Synodi Arnis, de pot. temp. Pontif. cap. 6. fol. 172. In dialog. quem cum Cardinal. esset scripsit.

Statt. ausführung der Besuchen / darumb die Ehr. vnd Fürsten / 2c. des Papstes Pii 4. Concil. Tridentinum nit besuchen können / fol. 295. ibi, wie Æneas Sylvius, ehe daß er Papst 2c. Felin. in c. folitz in f. X. de major. & obed. lib. 3. de concord. Cathol.



Procop. Jor-  
nand. Marcell.  
Paul. Diacon.  
Brus. Fulmen.  
fol. 122. & seq.  
Camerar. in  
oper. subcif.  
cent. 1. cap. 61.

verum etiam Romæ Urbis imperium penes  
Constantini successores per annos centum  
& quadraginta permansisse, usque ad an-  
num Christi 401. quo tempore imperium il-  
lud Occidentis vexari cæptum à Gothis,  
Francis, Alanis, Burgundis, Vandalis: sem-  
per tamen in jure Imperatorum Romano-  
rum duravit, usque ad Imperatorem Augu-  
stulum, quem Odo Gottorum rex Italia ex-  
pulit, urbe Româ potitus Anno 476. quo  
tempore Romanum imperium in Occiden-  
te defecit, Barbaris & Romæ & in Italia re-  
gnantibus. Nam regium Romanorum no-  
men, penes Odoacri posteros ac successores  
per annos 325. stetit. Itaquæ; videre licet quam  
plurimas apud Cassiodorum Theodorici  
regis litteras, partim ad Senatum Urbis Ro-  
mæ, partim ad populum Rom. regio (non  
ullius Papæ) nomine atquæ; autoritate scriptas:  
Porrò Gottis ab Imperatore Constantino-  
politano Italiâ exactis, Præsides in illam  
provinciam mitti cæperunt Exarchorum  
nomine: qui etsi Ravennæ domicilium ha-  
bebant, tamen in Italia per annos complu-  
res dominati sunt. Post quos Longobardi,  
quorum regnum Anno 568. est exortum,  
univer-



universam Italiam, præter urbem Romam, per annos 206. hoc est, usque ad annum 744. tenuerunt. Dominatus igitur Papalis Anno Christi 800. initium demum habuit, ex Pipini & Caroli magni liberalitate, qui Exarchatum Longobardis ereptum, unâ cum Urbe Roma Papæ Stephano 2. donarunt. veluti testimoniis communiunt Platina, Volaterranus, Sabellicus, & alii. Hic jam cursus temporum, à Constantino reputatus, est, usque ad dominatum illum Papæ exitiosum. Tempore etiam Phocæ Imperatoris, ne tantum quidem ditionis Romæ habuit, ut sacellum ædificare potuerit Papa, nisi concedente Phocâ, attestante Bedâ. Omittam reliqua argumenta ex historiis petita; arguit fortiter Leonis IV. pro defensione Romæ & Italiæ arma suscipientis coram Ludovico 2. facta excusatio cap. ibitur & cap. seq. 23. q. 8. Prosternit in totum cap. un. Const. Feudal. Domini Lotharii, &c. 1. F. 19. Quod Lotharius Imperator in civitate Romana ante januam Beati Petri promulgavit, ipsique Eugenio Papæ insinuavit cap. quoniam 2. F. 52. Et hæc de Roma. De cæteris provinciis, earum diutinâ possessione

Ennead. 8. lib.  
8. Bodin. 1. de  
repub. cap. 9.  
Chronic. Carion  
lib. 3. fol. 300. &  
seq.

tom. 6. de sanct.

E idem





idem auditur iudicium Lombardiam, Marchiam, &c. adhuc tempore Friderici imperio subfuisse confirmat Liber de Pace Constantiæ, composita inter Imp. Fridericum & filium ejus Henricum, & quosdam Nobiles Alemaniam ex una parte, & civitates Lombardiæ, Marchiæ & Romandiolæ ex altera. De Anglia & Hibernia legimus apud Bodin. quod Innocentius 3. Anno 1212. à Joanne Rege ob dispensationem immanis parricidii in Arturum fratris filium, ad quem sceptrum regni successorio jure pertinebant, commissi, tributarias obtinuit. Quomodo ergo ex Donatione ridiculâ Constantini habebit? Pluribus quidem ex causis res mihi deberi, sed semel tantum mea esse potest, neque acquirere possum, quod jam meum est? Justius fortassis ex salario Judæ quis existimabit? Latius in præsentem (quia & campus sese offert discurrendi latus) examinarem, nisi me terreret Ulpiani formula, Infinita vita. Lingo polum Antarcticum, ad nostrum me confero hemisphærium. Breviter: Ex jure decidenda si esset res, in fumum abiret tota. Nam, quomodo quæso potuisset fieri? Cum Princeps Regalia (quæ tamen

hîc

lib. 1. de Repub.  
cap. 9. fol. 172.

l. 14. d. 2. ff. de  
except. rei jud.  
l. 4. C. de con-  
sah. empt.

Mench. conf.  
604. n. 15. Sixtin.  
de regal. c. 2. n. 2.  
Arnif. de jur.  
maj. major. cap.  
3. fol. 239.



hîc prætenduntur, & quidem majora) in præjudicium successorum alienare nequeat. Præterea est axioma usu probatum: Imperatorem non posse imperium seu imperii partem, per se alienare. Est axioma: In omni concessione & alienatione ipso jure, jura majestatis excipi; Non enim diminuere debet imperium, sed augere, non deglubere, sed fovere, quippe diminuendo imperium suæ dignitatis fit homicida; Etiam si juramento vallata esset alienatio. Ita namq; Honorius 3. Papa, hujusmodi alienationes valere negat, dum revocat; In hunc scribens modum ad Archiepiscopum Colossens. Intellecto jamdudum, quod carissimus in Christo filius noster Hungariæ rex Illustris, alienationes quasdam fecerit in præjudicium regni sui, & contra regis honorem. Nos eidem regi dirigimus scripta nostra, ut alienationes prædictas non obstante juramento si quod fecit de non revocandis iisdem, studeat revocare. In hanc partem tabellam dimittit & Urbanus 3. Pontifex, hisce alienationibus fidem professionis Imperatoriæ frangi, concludens: Neq; sine ratione, habet enim se imperiam ut corpus,

Franc. Hotom.  
q. ill. r. Pruck-  
man. in o. soluta  
potestas memb.  
l. c. 4. eff 6. Bo-  
din. de republ.  
lib. 1. cap. 10.  
fol. 234.

Bald. in l. un. ff.  
de offic. Prætor.  
& in cap. licet  
causam X. de  
probat. Alvar.  
Valasc. de jure  
Emphyt. q. 8.  
n. 31.  
In cap. intelle-  
cto, de jurejur.  
Videatur cap.  
Abbate sanc, de  
re jud. in 6.

In cap. sicut ex  
literis 13. de ju-  
rejur. c. cum  
contingat 28. X.  
de jurej.

E 2 cui



Bald. Roland. à  
Valle conf. 1. n.  
126. vol. 2. Joh.  
Andr. in addit.  
ad Specul. tit. de  
jurisd. omn. jud.  
n. 17. Zoanet. de  
Roman. imper.  
n. 175. Menoch.  
conf. 640.

cui si vel auricula amputetur, monstrosum efficitur. Maximè quoq; à Papali munere aliena esset dominandi in republ. potestas: Gregem siquidem illi suum curare deman- datum est, legem verò in republ. tuendam commisit summus ille Imperium fundator principibus, quibus etiam solis, pro autori- tate sui officii provinciarum semel ab impe- rio avulsarum recuperatio competit. Quò allusit Beust.

*Aula decet reges, Christi decet ara ministros:  
Regnum cum Christo non habet orbis idem.*

1. Corint. 6. 2. Ti-  
moth. 2. Chryso-  
stom. de collat.  
sacerd. tom. 2.  
fol. 950.

Eadem verba &  
lib. 25. confide-  
rat extant.

Gl. in Nov. 6. Al-  
ber. ad l. benè à  
Zenone C. de  
quadr. præscript

in l. si plures. 9.  
ff. de pact.

Vasq. lib. 1. con-  
tr. usu freq. c. 6.  
n. 2. ex Saltet.  
in rubr. C. de  
verb. signif.

Civilibus enim negotiis impliciti, Chri- sti ministerium (cui si absq; ullo avocamento dediti essent, vix sufficerent) negligunt. Col- limat eò D. Bernhard. ad Eugenium Papam in hæc erumpens verba: Quid fines invadi- tis alios, memineris, tibi ministerium esse impositum, non dominum datum: Disce tibi sarculo opus esse non scepro, ut opus facias Prophetæ. Cum inconcinnum aliàs reputetur, ut unus duo habeat officia, quia difficile, ut unus duorum vicem gerere pos- sit juxta Paulum Jctum. Memorabile & ad hunc passum quadrat, quod Vasquius ex Sa- liceto refert, in chronicis legi, eo tempore, quo



quo Italiam Pontifici donatam ferunt, de  
 cælo auditam vocem: HODIE EST IN-  
 FUSUM VENENUM ECCLESIAE  
 DEI. Malleolus addit & hoc, eadem verba,  
 manu incognitâ, scripta visa quoq; fuisse in  
 pariete Palatij Lateranensis in conspectu o-  
 mnium. Quæ si vera, de quibus tamen ad-  
 huc sub iudice lis est, nihil aliud denotant,  
 quam Ecclesiam rerum donatione conten-  
 tarum capacem non fuisse, cum ipsius Ec-  
 clesiae maximè interfit, plus æquo non di-  
 tari; quò enim magis ditescit, eò magis pe-  
 riclitatur, ut eleganter docet Vasq. dicto lo-  
 cò. Proindè ex hac ratione donatio tanquam  
 acceptanti inutilis & nociva, invalida repu-  
 tanda & cenfenda est. O hebetes ergò &  
 stupidos, aut, ut verius dicam, cæcos homi-  
 nes, qui cuncta hæc non attendunt, non  
 sentiunt! Sed quid non potest opinionis  
 stulta & impia persuasio? Plerumque fit, &  
 ita fieri experimur, ut egregii officii limites,  
 turpiter, impingant, prætereant. Ut faciant  
 rem, si possint rectè, si non, quocunque mo-  
 do rem. Canit Poeta.

Hic statim aliquis è Pontificiorum ca-  
 tervâ obgannit, grunnit, prorumpit, quid

E 3                      dicis

arg. l. 49. o. 2. ff.  
 de legat. 2. l. 34.  
 ff. de V. O. o. non  
 solum, ibi, sed si  
 talis Inst. de le-  
 gat.

de legat. 2. l. 34.  
 ff. de V. O. o.



dicis Hæretice? Nonne sat probationis est Canon ille auro & honore fulgens, qui incipit Constantinus 13. dist. 96. Nonne Melchiades Papa in cap. futuram 12. q. 1. dilucidè hanc donationem demonstrat? Nonne Nicolaus 3. in cap. fundamenta, de elect. & elect. pot. in 6. luce meridianà clarius probat? Tunc mendacii arguere Papam audes? Quid dicis ad instrumentum publicum super hac donatione confectum, quod Romæ græcè in Bibliotheca Papæ repertum est, de quo sic scribit Bodinus: se legisse in Indice Bibliothecæ Vaticanæ, quod quidam Joannes, qui à digitis cognomen habuit, hanc donationem aureis litteris conscripserit? Quid ad præscriptionem immemoriam? Quæ vim specialis privilegii obtinet? Verùm audi Hæretice rursus, singula inspiciemus, & quid ponderis habeant, experiemur. Præcedat itaque Can. Constantinus, qui licet sit palea, multum tamen grani attulit Ecclesiæ, ut bellè Everhardi habet pronuntiatum, Verba Canonis hæc sunt: Constantinus Imp. coronam & omnem regiam dignitatem in Urbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico concessit,

lib. 1. de repub.  
cap. 9. fol. 221.  
Melchior. Haiminsfeld. Goldast. in rescript. imperial. Ottonis 3. Imp. fol. 40. o. 2.

in loco legali à  
verosimil.



fit, nam in gestis Beati Sylvestri (quæ beatus  
 Papa Gelasius in concilio LXX. episcopo-  
 rum è catholicis legi commemorat & pro  
 antiquo usu multas hoc imitari dicit Eccle-  
 sias) ita legitur. Sed præterquam, quod hoc  
 cap. ut & sequens omnibus historicis valdè  
 fuit suspectum, neque ad hoc usque tem-  
 pus ab ullo verificatum Pontificio, ex inscri-  
 ptione ejus, quædam observavi, quæ fidem  
 hujus cap. ut & seq. videntur infringere &  
 labefactare. Inscribitur Palea. Quid hoc?  
 Interpretes hoc explicant: Palea dicunt,  
 sine diphtongo, ceu titulus præponitur qui-  
 busdam capitibus Decretorum Gratiani,  
 quod scilicet hæc addititia sint. Ut placet  
 Papicola? Nondum sufficit, Pergunt In-  
 terpp. nec à Gratiano primitus illi libro in-  
 ferta, sed ab Interpretibus, prout cuique  
 commodum videbatur, ad marginem Gra-  
 tiani adscripta, & plerumq; in emendatori-  
 bus & antiquioribus exemplaribus omissa.  
 Cui rei fidem facit, quod refert Anton.  
 Cont. in emendat. Decreti Gratiani, qui se  
 antiquum Gratiani exemplar habuisse testa-  
 tur, in quo pleræque ejusdem paleæ delunt.  
 Et Anton. Florentinus ad oculum demon-  
 strat,

Videatur Joan.  
 Calvin. in lex.



Pr. histor. t. 8. c.  
1. notat & Guil-  
bert. Regius  
ἐναντιοφάνει  
lib. 1. c. 24. in f.  
sicuti nec scho-  
liis dignum à  
glossatore habi-  
tum.  
lib. de concord.  
cathol. 3.

de pot. temp.  
Pontif. in pr. cap  
6. n. 3. fol. 170.  
Cujac. ad cap. 1.  
de despons. im-  
pub. Henr. Ste-  
pha. in thesaur.

in additionib. ad  
Speculat. tit. de  
disput. & alli-  
gat. ad fin.  
in rubr. tit. de  
action.

t. t. C. nequis in  
causa sua jud. l.  
nullus de testib.  
l. pen. ff. de ar-  
bitr.

strat, quod hoc cap. Constant. non habeatur in antiquis decretis. Undè Nicolaus Cusanus absque dubio, inquit, si non fuisset illud dictamen Apocryphum Gratianus in veteribus Codicibus & Canonum collectionibus invenisset, & quia non invenit, non posuit. Nec Damasus Papa ejus cap. mentionem facit in gestis Sylvestri, ut observavit Armis. Non me quidem latet, quosdam Interpp. in ea esse sententia, istud vocab. intelligi de antiquioribus Canonibus, sicque cum diphtongo scribi debere, vel à Protopalea quodam Gratiani discipulo ingestum esse, ut putat Johan. Andreæ, quem Jason Cardinalem fuisse dicit. Verum sit ut sit, neque tamen res ab iis erit evicta. Tralati- tium & utriusq; juris regula firmissima est, testem in propria causa nullius esse momenti, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat. Jam quid aliud facit Pontifex, quam ut seipsum alleget, suam causam foveat, sicq; testem in sua causa se præbeat. Longior essem, nisi me evidentia causæ protraheret. Ad sequentia. Et quia ejusdem ferè farinæ & tenoris, atque ad idem tendere videntur cap. futuram & cap. fundamenta, propterea conjun-



conjugam ambo. Possem autem modò dicta commodè huc repetere, verùm, ne crambem bis coctam reponere videar, unum solummodo in illis desidero, quod tamen donationem affabrè factam valdè facit suspectam. Constat ex L. scripturæ, quæ hujus ipsius Constantini est, C. de fide instrum. Scripturas diversas & fidem sibi invicem derogantes, nihil posse habere firmitatis, & regula juris est tritissima, ubi repugnantia inter se in testamento jubentur, neutrum ratum esse. Ast quàm diversis verbis, diversoque planè sensu hæc donatio circumferatur? Acta Sylvestri, & cap. Constantinus, Palatium Lateranense, Romanam Urbem, & omnes Italiæ seu Occidentalium regionum provincias, loca, & civitates Sylvestro attribuunt. Anshelmus & DEUS dedit in hoc ipso cap. summam edicti talem proponunt, quod Constant. Imp. Papæ concessit coronam, & omnem regiam dignitatem in urbe Romana & in Italia, & in partibus occidentalibus. Melchiades Papa in cap. allegato, futuram, (quod tamen falsò ei attribuitur, nam Melchiades de conversione Constantini & Synodo Nicæna testari non potuit,

F

potuit,





Eugubin. lib. 2.  
de donat. Const.  
Covarr. pract. q.  
6. 31. n. 2. & lib.  
4. var. resolut. c.  
16. n. 8. post gl.  
ad d. cap. futu-  
ram. Thom. Mi-  
chael. de Jurif-  
dict. concl. 18.

Vid. Leo 9. in  
epist. 1. ad Mi-  
chael. Balsam.  
in Photii Nomo-  
canon. tit. 8. cap.  
1. Matth. Bla-  
stard. in synopsi  
jur. can. c. de  
Bulgar. Cypr. &  
liber. Petr. Da-  
mian. in discept.  
Synod. Alber. de  
Rosate t. C. de  
off. praefect. urb.  
Martin. Polon.  
sub Sylvestro.

fol. 124.  
Volaterran. lib.  
3. Geograph.  
cap. ego Ludo-  
vicus 30. dist. 63.  
Sigon. lib. 1. & 4.  
de reg.

in l. si quis 27. ff.  
de reb. dub.

potuit, cum jam antè tempora Constantini  
martyrio adfectum, subque Maximino vi-  
xisset, vitis Papparum evidenter probetur) in  
hac edicit verba: Dona immensa contulit,  
& fabricam templi primæ sedis B. Petri  
principis Apostolorum instituit, adeò ut se-  
dem Imperialem quam Romani Principes  
possederant, relinqueret, & Beato Petro  
successoribusque suis profuturam, conce-  
deret. Nicolaus 3. cujus est cap. fundamenta,  
de elect. & elect. pot. solius urbis Romanæ  
meminit. Alius igitur sedem Imperialem,  
alius Romanam urbem, alius Palatium La-  
teranense, alius habitum & dignitatem re-  
galem traditam contendit, alius totum im-  
perium occidentale, alius Italiam tantum  
judicandam concessam prætendit. Summa-  
tim alii Constantinum, alii Ludovicum Pi-  
um Caroli magni filium auctorem hujus  
donationis laudant, sicuti Hottoman. in  
Bruto Fulmine nervosè deducit. Cuinam  
putatis credendum? Cum omnium sit ea-  
dem fides! Certè, quia non adparet, utri  
credendum, satius erit, neutri fidem habere  
juxta elogium Modestini. Sequitur, ut tri-  
bus, quod dicitur verbis, Instrumentum,  
fulcrum

bohm



fulcrum totius prætensæ donationis, exami-  
 nemus : Ubi statim in limine Autor com-  
 mentarii ad donat. Constant. ad Regem Bri-  
 tanniæ, duodecim ejus diversa instrumenta  
 proferri posse, apertè adseverat. Neque huic  
 succurrit Bodinus d. loco, ait quidem, se le-  
 gisse verba, sed statim addit & hæc, verum  
 ibi in fine hæc verba vix latina addita erant,  
 Quam fabulam longi temporis mendacia  
 finxit. Ac credamus interim authenticum  
 & Originale fortassis fuisse instrumentum,  
 quod Romæ repertum, quia aureis inscri-  
 ptum fuit litteris & à Bartolom. Picerno &  
 Augustino Steucho latinè conversum, quiq;  
 illud Romæ in Bibliotheca Papæ græca lin-  
 gua (Græcâ? Nonne verosimilius Constan-  
 tinum Romæ ad Romanum potius latinè  
 scripsisse, imprimis cum reliquæ ejus in  
 Theodos. & Justin. Codicibus, Constitutio-  
 nes longè emunctiori puriori que sermone  
 emissæ, latinæ sint, & vel in ipsa Synodo Ni-  
 cæna latinè locutus sit, animadvertente Eu-  
 sebio? Tantum mutatus ab illo?) scriptum  
 extare adfirmarunt teste Camerario; con-  
 templabimur propterea paululū ejus con-  
 tenta, & concordantia patebit. Summam

in lib. de donat.  
 Constant. im-  
 presso Lugdunī  
 Anno 1547. ex-  
 tat.

lib. 3. de vita  
 Constant.  
 in oper. subcis.  
 cent. 1. cap. 61.  
 fol. 276. memi-  
 nit & Hincomar.  
 Remens. epist. 3.  
 cap. 13. Viterbl-  
 ens. p. 6. chron.  
 32. Leo 9. epist. 1.  
 cap. 13. Burchar-  
 dus lib. 2. De-  
 cret. cap. 5.



in Brut. Fulmin. fol. 120. plenius Innocent. Gentilet. in apolog. pro Christ. Gallicis cap. 12. fol. 195. & seq. cap. Constantinus 14 dist. 97. Videatur & Petr. de Natalibus de Venetiis Episcop. Equilin. in catal. Sanct lib. 2. cap. 22. fol. 24.

& Epitomen ejus quandam hanc ponit Hottoman. Imperator Constantinus Christianorum hostis, lepræ morbo adfectus, in somnis, à Petro & Paulo Apostolis admonitus, ut se Sylvestro Papæ Romano purgandum traderet, confestim ab illo baptizatus atque sanatus, tanti beneficii remunerandi causa donavit eidem Sylvestro ejusque successoribus 4. die sui baptismatis urbem Romanam totumq; occidentis imperium: simul coronam suam auream & sceptrum & reliqua Imperatoria insignia, ut majorem dignitatem Papa Rom. haberet, quam ipse Imperator. Simul imprecatur suis successoribus usque ad finem mundi concremationem in inferno inferiore cum Diabolo & impiis, nisi eam donationem ratam habeant & observent. Datum Romæ 3. Kalend. Aprilis. Constantino A. quater & Gallicano 5. Confs. Hic primò in genere usurparem dictum Accursii, quod de definitione actionis prædicat: In hac, agentis, definitione, singula membra habent sua mysteria. Ego invertendo & applicando ad nostrum propositum, dicerem: In hoc Instrumento singula membra habent sua (sit venia dicto) menda-



mendacia : Quæ sic ordine, brevissimis tamen, probata dabo. Primum quod de lepra Constantini profertur, merum reputatur figmentum. Nam Eusebius, qui, ut supra relatam, vitam & mortem Constantini graviter & præ aliis accuratius quinque libris complexus est, neq; Constantinum unquam leprosum fuisse memorat, neq; de ejus emundatione ullum facit verbum. Imò ipse Platina in vita Marc. quæcunq; de Constantini lepra dicuntur, fabulosa esse judicat. Reliqui insuper scriptores Ecclesiastici veteres & authentici, qui Constantini res gestas adnotarunt sedulo, ne unâ litterulâ de ejus lepra testificantur. Et licet hi forsân dissimulare voluissent, Zosimus tamen tacitè non præteriisset, quippè qui deditâ operâ omnia congescit, quæ ad denigrandam Imperatoris vitam invenire potuit. Dubitatis adhuc? hæsitatis? Audite & Baptistam Mantuanum, qui ex Plinio magno illo naturæ my-  
 fta, refert, lepræ morbum jam tum temporis in Italia extinctum fuisse, & si extinctus fuit, ait tempore Plinii, qui vixit sub Vespasiano, quomodo vero simile est, Constantinum eo laborasse, qui longo post tempore

lib. 1. de patient.  
cap. 30.





imperavit. Quid ergò opus est rei per se claræ  
facere lucem, cum nemo id non videat, nisi  
qui mero meridie non putet lucere solem.  
Admonitionem quod spectat singularem à  
Petro & Paulo Apostolis ei factam, num  
creditur veram? factam? fictamve? Certè,  
somnia non tantum Ethnico, & idolo-  
rum cultori, verum etiam acerrimo religio-  
nis Christianæ insectatori, divinitus obla-  
tum fuisse, vero consonum non videtur, ad-  
modum enim temerarium est, de somniis  
præter S. scripturæ auctoritatem quicquam  
vel adfirmare vel credere, inquit Hottoman.  
cum diabolici spiritus sit, extra scriptura-  
rum sacrarum auctoritatem, divinum ali-  
quid putare, veluti scitè Theoph. Alexand.  
sermocinatur. Velsi omninò oblatum fuis-  
set, quis illud DEO statim adscriberet?  
Numne naturæ, Dæmoni, adscribi potest  
somnia? Utique. Evolvatur modò Divus  
Gregorius, & rem in vado constitutam, ex-  
perieris. Vel, quis adeò emotæ mentis esset,  
qui Deum non id potius per Angelum ali-  
quem ex vetere & perpetuâ consuetudine,  
quàm per Apostolos mortuos facturum fu-  
isse, somniaret? Uno verbo, tantæ est fidei

Brut. Fulm. fol.  
228.

Serm. 2. pasch.

lib. 8. mora. cap.  
13. & lib. 4. Dial.  
cap. 48. Vid.  
Mart. Delri.  
rom. 2. disquisit.  
magic. lib. 4. c.  
3. q. 6. fol. 493.

visio



visio illa Petri & Pauli, quantæ alia hujus va-  
loris innumerabilia Papatus figmenta &  
mendacia sunt. Putà illud apud Antoni-  
num : Cum Dominicus esset Romæ, & in  
basilica S. Petri, orationem suam pro con-  
servatione & dilatatione ordinis sui effun-  
deret, facta manu domini super eum, glori-  
osos principes Petrum & Paulum ad se subi-  
tò venientes adspexit : quorum Petrus ba-  
culum, Paulus verò librum tradere videba-  
tur : addebantq; dicentes : Vade, prædica:  
quoniam à Deo ad hoc ministerium electus  
es. Sat lepidè, si non verè. Nec prætereundum  
istud Papæ Stephani 2. cujus mox facta men-  
tio est, qui scribit, se cum in monasterio S.  
Dionysii apud pagum Parisiacum subter  
campanis dormiret, vidisse ante altare D.  
Petrum & magistrū Gentium Paulum, quos  
de illorum succariis cognovit, B. Dionysium  
subtilem & longiorem : dixisseque Domi-  
num Petrum, Hic frater noster postulat sani-  
tatem, & D. Paulum respondisse, modò sa-  
nabitur, & adpropinquantem misisse ma-  
num suam ad pectus Domini Dionysii ami-  
cabiliter, & dixisse D. Petrum ad D. Dio-  
nysium hilariter : Tua gratia est sanitas ejus  
Et statim D. Dionysium thuribulū incensi,

Brutum Fulmen  
fol. 128. & seq.  
part. 3. tit. 24.  
O. 3.

Videatur Regi-  
non. in chron.  
anni 753. Plures  
legendæ apud  
Pet. de natali-  
bus de Venetiis  
in catal. Sanct.  
vide.



in præfar. Divi  
Lucæ.

in l. 2. C. de  
Christ. mancip.

& palmam in manu tenentem, presbytero  
& Diacono dixisse prælibato Stephano Pa-  
pæ, Pax tecum frater: Noli timere: surge  
sanus. Et mox, inquit, factus sum sanus: &  
volebam implere, quod mihi præceptum  
erat: & dicebant, qui ibi aderant, quod de-  
mentabam. Risum teneatis amici. Pergit  
Hottomannus in verbis summarii: Confe-  
stim, post admonitionem videlicet sat ridi-  
culam ab Apostolis factam, ab illo baptiza-  
tus atq; sanatus est. Annotat Erasmus quod  
olim iis, qui baptismatis erant candidati,  
tradiderint fidei Christianæ mysteria, &  
quidem viva voce, sine scripto, quemadmo-  
dum priscis illis Theologis mos quoq; erat  
apud Ægyptios, & apud Gallos Druidibus.  
Unde *κατηχημένοι* dicti, qui eo modo religionis  
initiis & elementis imbuebantur. Quò et-  
iam respicit Gothofr. ubi catechumenos,  
auditores baptismi designatos interpreta-  
tur. Hunc morem canonizavit postmodum  
Papa Roman. in cap. ante baptismum 54. de  
consecrat. dist. 4. Ante baptismum, ajens,  
catechizandi debet hominem prævenire of-  
ficium, ut fidei primum catechumenus ac-  
cipiat rudimentum. Sic in cap. 58. Baptizan-  
dos



dos oportet fidei symbolum discere. Quæ cum ita sint, quis tam inconsultum, ac stolidum Sylvestrum Papam & Diaconos ipsius fuisse, putabit, ut Constantino Christianorum ac præsertim Ecclesiæ Romanæ hosti infensissimo, tam repentè post suum illis narratum somnium baptismum contulerint? An non prius ei similiter pro more recepto Christianæ religionis mysteria, ut pote 1. Credo in DEUM patrem omnipotentem, &c. Apostolorum placita, docendo. 2. Jurejurando magno, ut vocant, in nomen Christi, qui ἐξέκρισμος indigitatur in cap. 2. de consecrat. dist. 4. deponendo, &c. tradiderint? Quem tamen processum strictissimè aliàs observasse est in aprico. Prodeat Sozomenus, qui in ipso Nicæno concilio Constantinum adhuc inter catechumenos fuisse relatum, spontè ingenuèq; adserit. Zosimus, Christianæ religionis inimicus, eum ab Hispano quodam istam religionem edoctum, didicisse, quanta vis illius esset in delendis hominum peccatis, ac tum demum Hariolus, & Flamines, cæterosque Romanarum superstitionum Sacerdotes ab aula sua removisse, narrat.

Calvin in lex.  
verbo κατήχε-  
μνος.

G

reli-



reliquisque Imperatoriis vestimentis & insignibus (de Urbe Roma & provinciis supra) hoc do respondi: Imperatorem Constantinum non adeò Christianæ religionis imperitum censendum, ut ejusmodi pompas, inaniaque vestium regalium ludibria, sceptræ & coronas, maximè dedecere eos, qui verbi DEI prædicationem, in primisque humilitatem ab omni fastu & elatione alienam profitentur, ignoraverit? Pro bent si possunt? Ecquis autem ex nostris, qui cum humilitatem & modestiam Christi & ipsius Apostolorum recordantur, non istum Paparum fastum ac superbiam precibus omnibus detestetur? Piget plura proferre. Ferendus propriis suorum & quidem cordationum telis: Sic Bernardus Abbas Clarevalensis, Eugenium adoritur Papam. Dilce exemplo prophetarum, præsidere non tam ad imperitandum quàm ad factitandum, quod tempus requirit. Esto, ut alia quacunque ratione hæc tibi vindices, sed non apostolico jure. Nec tibi Petrus dare potuit, quod non habuit: quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem super Ecclesias. Numquid dominationem? audi ipsum. Non dominan-

lib. deconfi-  
der. 2.



minantes, inquit, in clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putes, non etiam veritate, vox domini est in Evangelio: Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic. Planum est, Apostolis interdicitur dominatus. I ergò tu, & tibi usurpare avidè aut dominans Apostolatam, aut Apostolicum dominatum: planè ab utroq; prohiberis: si utrumq; simul habere voles, perdes utrumq;. Ubi autem tunc par, immò major maneret pòtestas atque dignitas Imperatore, de qua sesquipedalia audiuntur verba in Instrumento? Profectò dubitatio Prætoris temperamento digna est. Nonne Romani Pontifices errantes ab Imperatoribus coërceri corrigique debent, ut ipse Leo IV. Pontifex Rom. epistola quadam sua Ludovico Imperatori inscripta, atque inter canones relata, fatetur? Nonne B. Gregorius (cui inter Romanos Pontifices omnes primarium ferè locum tribuunt) in suis epistolis Regibus Francorum, Anglorum & Visigothorum inscriptis, eos quidem filios nominat: sed cum ad Imperatorem sui temporis, nomine Mauricium, scribit, eum Dominum adpellat, demississimeq; adfatur,

Cap. nos si in  
comperenter 2.  
9. 7.  
Gregor. epist.  
lib. 4. epist. 31.  
32. lib. 5. epist.  
63. lib. 6. epist.  
30. lib. 7. ep. 114.  
120. 126. lib. 8.  
ep. 2. lib. 9. ep.  
60.

G 2 tanquam





tanquam superiorem suum : profitereturque se ei obedire velle, ac serenissimas ejus iustificationes (sic enim loquitur) capessere : Immo se pietatis ejus indignum famulum profiteatur, eumque piissimum Dominum suum à DEO constitutum adpellat. Sed quantum hic B. Gregorius seculo, tantum & moribus doctrinaque distat à Sylvestro successoribusque ejus. Pergamus ad stolidas insulasque huic donationi infartas clausulas, quæ egregium falsitatis præbent documentum. Si quis, inquiens, ex nostris successoribus temerator aut contemtor extiterit, æternæ damnationi subjaceat, innodatus, & in inferno inferiore concrematus cum Diabolo & omnibus impiis deficiat. O obligatio horrenda, O tremebunda! Estne hic sermo, Est, Est, non, non? Hac ratione, exclamat Hottomannus, nullus ante hac vel Gallia, vel Hispania rex fuit, qui non in inferno inferiore unà cum Diabolo & impiis omnibus concrematur. Hujus generis & illa : Et sanctos DEI, principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsentis & in futura vita sentiat contrarios; Item, Hujus verò Imperialis decreti nostri, paginam propriis manibus robo-

juxta dictum  
Christi Matth. 5.  
v. 37.



roborantes, super venerandum corpus B. Petri principis Apostolorum posuimus. Quis, quæso, tantas verborum ampullas, meraq; deliria Constantino sapientissimo & piissimo principi tribui, æquis auribus ferre possit? Reclamant omnes ejus Constitutiones, in quibus nullæ, nullæ ejusmodi clausulæ & comminationes positæ reperiuntur. Non minus ergò verè quam probè Innocent. Gentillet. concludit: Certè talia verborum cyclopica fulgura, barbarusque orationis stylus, satis superque ostendunt eam posteriorum sæculorum stolidam & incultam facundiam, Papalesque formulas redolere, & ex monachi alicujus fatiscenti cerebro prodiisse. Jam velum contraho. Datum est Instrumentum Romæ 3. Calend. Aprilis, Domino nostro Flavio Constantino Augusto quater & Gallicano 5. Cons. Sed quæ hinc negligentia summa, ignorantia supina, stultitia crassa. Nonne in initio Instrumenti donationis habetur, quod facta sit quarto die sui baptismatis? Quomodo ergò sub consularu suo 4. hæc dicitur peracta? Nonne quartum consul creatus fuit Anno Christi 318. baptismum verò suscepit Anno Christi 337.

in Apolog. pro  
Christ. Gallis  
cap. 12. fol. 205.

Pomp. Letus in  
Const. & Licinio.  
Euseb. lib. 9. c.  
ult. Trip. hist. 1  
lib. 1. c. 8. 9. Oros.  
lib. 7. cap. 28.  
Otto Frising. in  
chr. lib. 4. cap.  
11. in f.

G 3

quo



quo anno & mortuus probibetur referente Eusebio. An non hæc inter se pugnant? Falsum itaq; Anton. Coler. inquit ex ipso, quod vocant Dato, constat, nisi aliquot annis antè in scripturam redactam fuisse donationem hanc, quàm facta sit, quis dixerit? Possem testes citare hæctenus dictorum omnia omnium laudandarum artium lumina, & quicquid usquam est eruditorum, quasi que de cella promptas non despicabiles nec abrogandæ fidei autoritates ex universo illo doctorum choro proferre; verùm sufficiat autoritas Eusebii, Theodoretii, Socratis, Ruffini, Ambrosii, qui Constantinum, non nisi paulò antè mortem, & quidem Anno ætatis sexagesimo quinto, neq; id Romæ, vel à Sylvestro Papa, qui quinq; ante annos vitâ excesserat, sed Nicomediæ ab Eusebio Nicomediensi Episcopo in magna Episcoporum frequentia, quibus de dilatione baptismi sui rationem reddidit, quod scilicet in Jordane baptizari voluerit, sacra baptismatis unda respersum fuisse, disertè testatum faciunt. Et licet Eugubinus prætendat & regerat, Baptismum ab Eusebio & aliis descriptum, balneum calidarum fuisse aquarum, ad quas

Con-

Euseb. lib. 4. de  
vita Const.  
Theodoret. lib.  
1. c. 32. Socrat.  
lib. 1. c. pen.  
Ruffin. lib. 1. c.  
11. Ambros. de  
obit. Theodos.  
Hieron. in chr.  
Eusebian. adject.

in lib. de donat.  
Constant. con-  
tra Vallam.



Constant. sanitatis recuperandæ gratia ac-  
 cessit; à vero tamen alienum videtur, cum  
 prædicti autores conceptis verbis de bap-  
 tismo sermonem habeant, neq; ad balneum  
 tot Episcoporum concursu opus fuisset, sed  
 potius Medicorum. Eodem modo falsitas &  
 dementia crassa deprehenditur in eo, quod  
 Constantinus cum Gallicano quartò Con-  
 sul adseratur, cum Constantinus non cum  
 Gallicano, sed Lucinio fuerit quartò consul:  
 Nam Gallicanus annis quatuordecim post  
 Constantinum cum Symmacho Consul sa-  
 lutatus est. Et si non ex aliis, certè ex hoc uni-  
 co figmentum satis superque pateret. Suprà  
 etenim abunde deductum, quod Sylvester  
 fatis munus impleverit Anno Christi 330. se-  
 cundum veriorem sententiam; donatio au-  
 tem (quod dicunt) si facta eo anno, quo ba-  
 ptizatus est Anno 337. facta sic fuisset Sylve-  
 stro, septimo anno postquam jam mortuus  
 erat. Restat præscriptio, quam Raphael Ful-  
 gos. potissimum urget, hacque solâ palmam  
 ferre allaborat: Et facilè eam ei concedere-  
 mus, si modò etiam bonam fidem in præ-  
 scribente probaret. Verùm hîc labor, hîc sal-  
 tus. Intereà ei vulgatissima, non quidem  
 juris

Arnif. de pot.  
 temp. Pontif. ca.  
 6. fol. 177.

Napeir. in Apo-  
 cal. propof. 36.  
 Quint. Hedus  
 in Aristocrat.  
 Christ. civ. fol.  
 76.

in Procem. Dig.  
 vet in pr. n. 15.

Städtische Aus-  
 führung der Bes-  
 sachen / darumb  
 die Ehre vnd  
 Fürsten/26. fol. 32.



c. 5. & ult. de  
 præscript. cap.  
 possessor 2. de R.  
 l. in 6. ibiq; Co-  
 varr. Tiraq. de  
 præscript. in pr.  
 Yasq. ill. contr.  
 6. 32. n. 8. & cap.  
 79. n. 19. c. 81. n.  
 10. Felin. c. cum  
 nobis n. 1. X. de  
 præscript.

in cap. 5. & 6.  
 dist. 8.

gens. 1. cap. 61.  
 fol. 278.

juris civilis, (quod hac in parte forsitan ipsi  
 odiosum esset) verum Pontificii axiomata  
 reponimus: Præscriptio absq; bona fide va-  
 let nulla. Possessor malæfidei, ullo tempore  
 non præscribit. Et deficiente titulo, bona fi-  
 des non præsumitur, etiamsi maxima sit  
 præsumtio pro eo, qui tanto tempore posse-  
 dit, veritati tamen eam cedere oportet, ipse  
 rescribit Gregorius Pontifex. Subsumat, qui  
 volet. Sat est: Omnia enim hæc & pleraque  
 residua, si quis plenius examinare & discu-  
 tere voluerit, is justum volumen conscribet:  
 In qua re alii novissimè laborarunt sat stre-  
 nuè & non inutiliter. Omnibus his colo-  
 phonem meritò lepida addat historia Vene-  
 torum, quam Camerarius in hor. subcis.  
 commemorat. Venetos, inquit, ante aliquot  
 annos à Pontif. Romano, postquam Anco-  
 nam in suam potestatem rede-gisset, inter-  
 pellatos fuisse, quo jure vectigalia & alias Ju-  
 risdictiones in mari Adriatico sibi solis ven-  
 dicarent, cum tamen nulla privilegia hac de  
 re monstrare, neque jus suum docere legi-  
 timè possent. Ad hanc rem eos & quidem  
 argutè respondisse: Se mirari, quod ista pri-  
 vilegia peterentur demonstrari, quæ Ponti-  
 fices



fices ipsi penes se jam pridem & quidem archetypa, tanquam rem sacram diligentissimè in suis Archivis custodirent eaq; facile reperiri posse, si donationis Constantini membranæ pars exterior, in qua ea majusculis literis conscripta essent, accuratius inspiceretur. Quid hoc callido responso Veneti significare voluerunt, apertius est, quam ut prolixiorum interpretationem requirat.

Ex quibus jam nunc recensitis, sat, ut opinor, quid de prætenso Instrumento, sicq; per Consequentiam de Donatione Constantini Magni sit sentiendum, patescit. Nempè falsam, fictam, pictam, atque ementitam ex Amasiorum Babylonicæ meretricis cerebro profatam esse. Pro qua etiam omnes nostri tam Historici, Politici, quam Jcti eximii, semper habuerunt, pugnarunt, & obtinuerunt. Non jam dicam de Laurent. Valla, Raphaele Volaterrano: Silentio involvam judicium Alciati & aliorum præclarissimorum Antecessorum. Bartolum, legatis scientiæ illud armarium produco, qui cum multa non obscura contra hanc donationem disputasset, tandem videte, ait, quod nos sumus in terris Ecclesiæ, idcirco dico, quod

H illa

Städtliche Aus-  
führung der Br-  
sachen / darumb  
die Chur- und  
Fürsten auch an-  
dere Stände der  
Augsburg. Con-  
fess. des Babste  
Pii IV. ausge-  
schrieb. Concil. ge-  
gen Trient nicht  
besuchen können /  
fol. 295.

Alciat. lib. 7. par-  
erg. cap. 19.

in præfat. stre-  
rum n. 14.



DE DISSERTATIO DE DONATIONE

illa donatio valeat. Aventinus lumen illud  
Historicorum in hæc prorumpit verba :  
Quæ de Sylvestro & Donatione Constant.  
prædicantur, ficta, falsa, inepta, pugnantiâq;  
sunt, miror extare tam stolidos, qui credant,  
& tam imprudentes, qui defendere aude-  
ant. Quare & Philip. Mornæus concludit  
non ineleganter, hanc fictitiam Constant.  
Sylvestro donationem factam doctissimo-  
rum virorum stylo jampridem confossam  
ab indoctis solis nunc admitti. Confirmet  
jam Pontificii, si possunt, muniant, vertant,  
invertant, evertant, certè quicquid attige-  
rint, ulcus erit. Meritò idcirco falsè deriden-  
da opinio Baldi, hac in re putantis, eum, qui  
contra hanc donationem loquitur, caput ad  
montem Murellum percussurum. Ulcurre-  
ni adseverantis, usq; hodiè Contradictores  
formidabili morte interiisse. Glossæ, Johan.  
de Lignano, Abbatis, & Alexandri, impu-  
denter tradentium : Constantinum Papæ  
non donationem, sed restitutionem fecisse.  
Manebit verò immota illa doctrina anti-  
quissima : Papam violenter & manu armatâ  
niti detinere Jurisdictionem in terris, civi-  
tatibus, villis, & locis, quæ sunt naturaliter

in tract. de Ec-  
clesia.

Evhard. in lo-  
co. a verisim. n.  
25.

Städtische Auf-  
führung der Be-  
sachen / darumb  
die Ehre und  
Fürsten / auch an-  
dere Stände der  
Augsburg. Con-  
fess. des Papsts  
Pii 4. concil. nit  
besuchen schuldig  
wehren. fol. 233.

& â



CONSTANT. MAGNI IMPERAT. SI

& à mundi creatione & Christi ordinatione Imperii Romani: Maneat & hoc, nihil Juris Pontifici competere in Reges & principes, leges condere non debere, nec Imperatorem, nec Regem alium vel principem salvo majestatis jure, summum Pontificem agnoscere posse. Manet, Papam injustissimè possidere bona Romani Imperii, sive donationem Constantini, sive Christi vicarium, sive Petri successionem sive longissimi temporis præscriptionem prætendat. Immo claudant verba Bodini veracissima: Romanos Pontifices esse subditos & vassallos, non verò Imperii dominos.

Joan. Petr. de Ferrar. in pract. Pap. form. in act. conf. pro servit. verbo, plenam & omnimodam in pr. fol. 244.

Luter. de capt. Babyl. Calvin. lib. 4. cap. 10. Eberhart. Bon. Wethe de reg. Elect. success.

lib. 1. de republ. cap. 9. fol. 213.

F I N I S.





OK  
T  
H  
5965



L I P S I Æ,  
Typis Henningi Grosii  
senior. Bibliopol.



*Excudebat Georgius Liger.*

ANNO M. DC. XX.

107  
15





B. M. II, 49.

*h-79*

DISSE  
RIC

Do

Con

In

*In inclyt*  
*10. J*

Matth

*Imprim*

A N N

II n  
5965

